



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniae, 1526

VD16 E 3030

5 No[n] e[ss]e co[n]te[m]ptore[m] scriptura[rum] q[... ] o[... ] solatiu[m]  
habet in scripturis, eo q[uod] aliq[uo]d autoritatis tribuat ecclesiae,  
co[n]cilij, pontificibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34433**

ea quæ in nobis est spe. Quid multis opus est? Nihil apud Christianos notius & celebratius, quam assertio. Tolle assertiones, & Christianismum tulisti. Quin spiritus sanctus de cœlo illis datur, ut clarificet Christum & confiteatur usque ad mortem, nisi hoc non est asserere, ob confessionem & assertionem mori. Denique a deo asserit spiritus, ut etiam ultro inuadat & arguat mundum de peccato, uelut laceffens pugnam. Et Paulus Timotheum iubeat increpare, instareque importune. Quam uero mihi festius fuerit ille increpator, qui ipse, quod increpat, neque certus credat, neque constanter asserat, ad Anticyram, scilicet illum mitterem. Sed ego longe stultissimus, qui in re clariore quam sol est, uerba & tempus perdo. Quis Christianorum ferat, Assertionem esse contemnendam? hoc esset aliud nihil, quam semel totam religionem ac pietatem negasse, aut asseruisse, nihil esse religionem aut pietatem, aut ullum dogma. Quid ergo tu quoque asseris, non delector assertionibus, & hoc ingenium te malle quam diuersum?

¶ Verum tu te confitendo Christo, & dogmatibus eius, hic nihil uoles dixisse. Recte moneor. Et ego in gratiam tui, meo iuri, & mori cedo, ac de animo tuo nolo iudicare, inquam aliud tempus uel alijs id referuo. Interim, ut linguam & calamiu corripas, & deinceps tibi temperes a talibus uerbis moneo, nam utcumque animus sit integer & candidus, orationem, quæ animi character esse dicitur, non talis est. Si enim causam lib. arb. non necessariam scitu, nec ad

B + Chm

Chm ptinere arbitraris, recte loqueris, At impie  
tm arbitraris. Si uero necessariam arbitraris, impie  
loqueris, & recte arbitraris. Nec tm fuit locus, de  
inutilibus assertionibus & rixis tanta querulari &  
exaggerari, Quid em hac ad statum caulae?

¶ Sed qd dices de istis tuis uerbis, ubi non de  
una lib. arb. causa, sed de totius religionis dogma  
tibus generalr dices, si liceret p inuolabilem autoris  
tatem diuinarum scripturarum & ecclesiae decreta, discessurum te  
in Scepticorum sententiam, adeo non delecteris assertioni  
bus? Qualis Protheus est in uocabulis illis, inuolabilem  
autoritatem & ecclesiae decreta? scilicet quasi  
ualde reuereris scripturas & ecclesiam, & tm signifi  
cas, optare te licentiam, ut es Scepticus? Quis christia  
norum sic loqueretur? Hoc si dices de inutilibus & neutris  
dogmatibus, Quid noui affers? Quis non optet li  
centiam hic Scepticae professionis? immo qd Chris  
tianus de facto non utitur libere hac licentia, danturq;  
addictos & captiuos alicuius sententiae? Nisi Christianos  
uniuersos pro talibus habes (ut uerba fere sonant)  
quorum dogmata sint inutilia, in quibus stulte rixent  
& assertionibus pugnent, Si uero de necessarijs di  
cis, qd magis impie possit aliquis asserere, q optare  
licentiam, nihil asserendi in talibus? Sic potius dicit chris  
tianus, Adeo non delector Scepticorum sententiam, ut ubicumq;  
q p infirmitatem carnis liceret, non modo sacris litteris con  
stanter ubicumq; in omnibusq; partibus adherere & asse  
rere, sed etiam optem in non necessarijs & extra scriptu  
ram positis rebus, esse qd certissimus, Quid enim  
incertitudine miserius?

¶ Quid etiam ad illa dicemus? ubi subiungis, quibus  
submitto ubicumq; sensum meum libere, siue assequor,  
quod